



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. XXIX. Vulnus, quod in crure Sanctimonialis acceperat, diuinitus  
curatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

*Vulnus, quod in crure Sanctimonialis acceperat, diuinitus  
curatur.*

**N**ON praetereundū est, quod festiuitate sua nos ad scribēdū inuitat. Spectatissimae uitae & Virgini ualde dedita Virgo, poplitib. submissis, diū operam precationi dare consueuerat. Forte ad eam rem propensissimo animo, nimis prope se conferens, dum genua defleceret, in crure uulnuscūlum accepit. Prae uulneris dolore in lecto iacens, somno tandē oppressa est. Virginem ungueri uasculū gerentem conspicata est; quae uulneri medicas manus, illo unguento utens, apponebat. Ibi diuini unguenti odore ita omnia resperfa sunt, ut eius suauitate ceterae sanctimoniales allectae, una omnes ad aegrotantis lectum cōcurrerint, ubi odoris acrior uis erat. sciscitabantur, quidnam tantam adtulisset suauitatem. Noluit ea quisquam indicare. Quinetiā cum illae abiissent, iterum obdormire incepit. Itaq. uisa est a coeli regina in amoenos hortos perduci; in quib. ab ipsa iussa consurgere, firmis genib. in nixa conualuit. Edixit deinde illi uirgo, ut modestius postea ueniam peteret; nec tam festinanter genua submitteret.

